

Kennzahl: \_\_\_\_\_

**Frühjahr**

Kennwort: \_\_\_\_\_

**1999****62410**

Arbeitsplatz-Nr.: \_\_\_\_\_

**Erste Staatsprüfung für ein Lehramt an öffentlichen Schulen****- Prüfungsaufgaben -**Fach: **Latein (vertieft studiert)**Einzelprüfung: **Übersetzung Latein/Deutsch**Anzahl der gestellten Themen (Aufgaben): **1**Anzahl der Druckseiten dieser Vorlage: **2**Vorbemerkung:

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

**I. Übersetzung**

Mitius inveni quam te genus omne ferarum;  
credita non ulli quam tibi peius eram.

Quae legis, ex illo, Theseu, tibi litore mitto,  
unde tuam sine me vela tulere ratem,

5 in quo me somnusque meus male prodidit et tu,  
per facinus somnis insidiate meis.

Tempus erat, vitrea quo primum terra pruina  
spargitur et tectae fronde queruntur aves.

10 Incertum vigilans a somno, languida movi  
Thesea prensuras semisupina manus -

Fortsetzung nächste Seite!

nullus erat! Referoque manus iterumque retempto  
 perque torum moveo bracchia - nullus erat!  
 Excussere metus somnum; conterrita surgo  
 membraque sunt viduo praecipitata toro.  
 15 Protinus adductis sonuerunt pectora palmis,  
 utque erat e somno turbida, rupta coma est.  
 Luna fuit; specto, siquid nisi litora cernam.  
 Quod videant oculi, nil nisi litus habent.  
 Nunc huc, nunc illuc, et utroque sine ordine, curro;  
 20 alta puellares tardat harena pedes.  
 Interea toto clamanti litore "Theseu!"  
 reddebant nomen concava saxa tuum,  
 et quotiens ego te, totiens locus ipse vocabat.  
 Ipse locus miserae ferre volebat opem.  
 25 Mons fuit; apparent frutices in vertice rari;  
 hinc scopulus raucis pendet adesus aquis.  
 Ascendo - vires animus dabat - atque ita late  
 aequora prospectu metior alta meo.  
 Inde ego - nam ventis quoque sum crudelibus usa -  
 30 vidi praecipiti carbasa tenta Noto.  
 Ut vidi, haut umquam quae me vidisse putarem,  
 frigidior glacie semianimisque fui.  
 Nec languere diu patitur dolor; excitor illo,  
 excitor et summa Thesea voce voco.  
 35 "Quo fugis?" exclamo; "scelerate revertere Theseu!  
 Flecte ratem! Numerum non habet illa suum."  
 Haec ego; quod voci deerat, plangore replebam;  
 verbera cum verbis mixta fuere meis.

## II. Sprachliche Erläuterungen

1. Zu dem – auf Konjektur beruhenden – Wortlaut von Z. 31 bietet der textkritische Apparat folgende Alternativen: *ut vidi haut dignam quae me* Housman : *aut vidi aut tamquam quae me* Merkel : *aut vidi aut acie tamquam* Zingerle : *aut vidi aut me iam navem* Riese. Nehmen Sie Stellung!
2. Welche metrische Besonderheit weist Z. 32 auf?
3. Welche Stilfigur lässt sich in Z. 38 beobachten?